

Universitätsbibliothek Wuppertal

Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ
lectionis vbique ratio habeatur

Cicero, Marcus Tullius

Lvgdvni, 1586

Oratio LII: In M. Antonium Philippica decima

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)



IN M. ANTONIVM

PHILIPPICA

P. B.

DECIMA.

QRATIO L I I.



Aximas tibi, Pāsa, gratias omnes & habere
 & agere debemus: qui, cum hodierno die se-
 natum te non habiturum arbitrarcmur, ut
 M. Bruti præstantissimi ciuis litteras accepi-
 sti, ne minimam quidem moram interposuisti, quin quam-
 primum maximo gaudio, & gratulatione frueremur. Cum
 factum tuum gratum omnibus debet esse, tū uero oratio,
 qua, recitatis litteris, usus es. declarasti enim uerum esse
 id, quod ego semper sensi, Neminem alterius, qui sua confi-
 deret, uirtuti inuidere. Itaq; mihi, qui plurimis officii sum
 cum Bruto & maxima familiaritate coniunctus, minus
 multa de illo dicenda sunt. quas enim ipse mihi partes sum-
 pseram, eas præcepit oratio tua. Sed mihi, P. C. necessita-
 tem attulit paullo pluradicendi, sententia eius, qui rogatus
 est ante me: à quo ita sepe dissentio, ut iam uerear, ne, id
 quod minime fieri debet, minuere amicitiam nostram ui-
 deatur perpetua dissensio. Quæ est enim ista tua ratio, Ca-
 lene? quæ mens? qui numquam post Kalend. Ian. idem sen-
 seris, quod is, qui te sententiam primum rogat? numquam
 ita frequens senatus fuerit, quo unus aliquis tuã sententiã
 secutus sit? cur semper tui dissimiles defendis? cur, cū te &
 uita, & fortuna tua ad orium, & ad dignitatem inuitet, ea
 pro

R. 225.

probas, ea decernis, ea sentis, quae sunt inimica & otio cō-
 muni, & dignitati tuae? Nam, ut superiora omittam, hoc
 certe quod mihi maximam admirationem mouet, non ta-
 cebo. Quod est tibi cum Brutis bellum? Cur eos, quos omnes
 pene uenerari debemus, solus oppugnas? alterum circum-
 sederi non moleste fers; alterū tua sententia spolijs iis co-
 pijs, quas ipse suo labore, & periculo ad reip. non ad suum
 praesidiū per se, nullo adiuuante, confecit. Quis est iste tuus
 sensus, quae cogitatio, Brutos ut non probes, Antonios pro-
 bes? quos omnes carissimos habent, tu oderis? quos acerbis-
 sime omnes oderūt, tu constantissime diligas? Amplissima
 tibi fortunae sunt, summus honoris gradus, filius ut & au-
 dio, & spero, natus ad laudem: cui cum reip. causa faueo,
 tum etiam tua. Quaero igitur, cum Brutine similem malis,
 an Antonij? ac permitto, ut de tribus Antonijs eligas, quē
 uelis. * Dū meliora, inquires. Cur igitur non iis faues, quos
 laudas, quorum similem filium tuum esse uis? simul enim
 reipublicae consules, & propones illi exempla ad imitan-
 dum. Hoc uero, Q. Fufi, cupio sine offensione nostrae ami-
 citiae, sic tecum ut à te dissentiens senator queri. ita enim
 dixisti, & quidem de scripto: nam te inopia uerbi lapsum
 putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nosses. litteras
 Bruti recte, & ordine scriptas uideri: quid est aliud, quam
 librarium Bruti laudare, non Brutum? & sum in rep. Calne,
 magnum iam habere & debes, & potes, quando ita decer-
 ni uidiſti? aut quod S. Chuius generis (sunt enim innume-
 rabilia) bene scriptas litteras, decretum à senatu: quod uer-
 bum tibi non excidit, ut saepe fit, fortuito: scriptum, mēdi-
 tatum, cogitatum attulisti. hanc tibi consuetudinem ple-
 risq; in rebus bonis obtrektandi, si qui detraxerit, quid tibi,
 quod sibi quisq; uelit, nō relinquetur? Quamobrē collige te,

placet; animum aliquando istū, & mitiga: audi viros bo-
 nos, quibus multis uteris: loquere cum sapientissimo homi-
 ne genero tuo sapias, quam tu ipse tecum: tum deniq; am-
 plissimi honoris nomen obtinebis. An vero hoc pro nihilo
 putas, in quo equidem pro amicitia tuam vicem dolere so-
 leo offerri hæc foras, & ad populi Rom. aures peruenire, ei,
 qui primus sententiam dixerit, neminem assensum? quod
 etiam hodie futurum arbitror. Legiones abducis a Bruto,
 quas nēpe eas, quas ille a C. Antonij scelere auerit, & ad
 remp. sua auctoritate traduxit. Rursum igitur nis nudatū
 illum, atq; solum ab rep. relegatum uideri. Vos autem, P.
 C. si M. Brutum deserueritis, & prodideritis, quem tan-
 dem ciuem unquam ornabitis? cui fauebitis? nisi forte eos,
 qui diadema imposuerint, conseruandos; eos, qui regni no-
 men sustulerint, deserendos putatis. Ac de hac quidem di-
 uina, atq; immortalī laude Bruti silebo: quæ gratissima
 memoria omnium ciuium inclusa, nondum auctoritate pu-
 blica testata est. tātamne patientiam, diū bonitatem, moder-
 ationem, tantam in iniuria tranquillitatem, & mode-
 stiam? qui, cum prætor urbanus esset urbe caruit, ius non
 dixit, cum omne ius reipub. recuperasset, cumque concursu
 quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri
 solebat, presidioq; Italiae cuncta septus posset esse, absens
 iudicio bonorum defensus esse maluit, quam præsens ma-
 nu. qui ne Apollinares quidem ludos pro sua, populique
 Ro. dignitate apparatus præsens fecit, ne quam uiam pate-
 faceret sceleratorum hominum audaciæ. quamquam qui
 unquam aut ludi, aut dies lætiores fuerunt, quam cum in
 singulis uersibus populus Ro. maximo clamore, & plausu
 Bruti memoriam prosequeretur? corpus aberat liberato-
 ris: libertatis memoria aderat, in qua Bruti imago cerni
 uide

P. B.

P. 226

videbatur. At hūc bis ipsis ludorū diebus uidebā in insula
 clarissimi adolescentis Luculli propinqui sui, nihil nisi de
 pace, & concordia ciuū cogitātem. eundē uidi postea Ve-
 lia, cedentē Italia, ne qua oriretur belli ciuilis causa pro-
 pter se. O spectaculum illud non modo hominibus, sed un-
 dis ipsis, & litoribus luctuosum, cedere patria seruatorē
 eius, manere in patria perditores! Cassij classis pau-
 cis post diebus consequebatur: ut me puderet, P. C. in eam
 urbem redire, ex qua illi abirent. Sed, quo consilio redie-
 rim, initio audistis, post estis experti. Expectatum igitur
 tempus a Bruto est. nam, quoad uos omnia pati uidit, usus
 est ipse incredibili patientia: posteaquam uos ad libertatē
 sensit erectos, praesidia uestra libertati parauit. At cui pe-
 sti, quantaeque restitit? Si enim C. Antonius quod animo in-
 tenderat, perficere potuisset (potuisset autem, nisi eius sce-
 leri uirtus M. Bruti obstuisset) Macedoniam, Illyricum,
 Graeciam perdidissemus. esset uel receptaculū pulso Anto-
 nio, uel agger oppugnandae Italiae Graecia: quae quidem
 nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copijs non instructa
 solum, sed etiam ornata tendit dexteram Italiae, suumque ei
 praesidium pollicetur.* Quare, qui ab illo abducit exercitū
 & respectū pulcherrimum, & praesidiū firmissimū admit-
 te reipublicae. Equidē cupio haec, quā primū Antonii audire,
 ut intelligat non D. Brutum, quē uallo circumsecat, sed se-
 ipsum obsideri. Tria tenet oppida toto in orbe terrarū: ha-
 bet inimicissimam Galliam, eos etiā, quibus cōfidebat, alie-
 nissimos Trāspadanos: Italia omnis infecta est: externa na-
 tiones a* prima ora Graeciae usq; ad Aegyptum, optimorū,
 & fortissimorum ciuū imperijs, & praesidijs tenentur. Erat
 ei specula in C. Antonio: qui duorū fratrū, et atibus medius
 interiectus, utriusq; cū utroq; certabat: qui tāquā extrudere-
 tur

tur a senatu in Macedoniam, & non contra prohiberetur proficisci, ita cucurrit. Quæ tempestas, dii immortales, quæ flamma, quæ uastitas, quæ pestis Græciæ fuisset, nisi incredibile, ac diuina uirtus Cæsaris furens hominis conatum, atq; audaciam compressisset! Quæ celeritas illa Bruti! quæ cura! quæ uirtus! etsi ne C. quidem Antonij celeritas contemnenda est. quam nisi in uia caduca hereditates retardassent, uolasse eum, non iter fecisse diceres. alios, ad negotium publicum ire cum cupimus, uix solemus. extrudere hunc retinentes exclusimus. At quid ei cū Apollonia? quid cum Dyrrachio? quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinij imperatoris exercitus succedebat, ut ipse dicebat, Hortensio, certi fines Macedonia, certa cōditio, certus, si modo exat ullus, exercitus. cū Illyrico uero, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? at ne Bruto quidē, id enim fortasse quispiam improbus dixerit. Omnes legiones, omnes copiae, quæ ubiq; sunt reip. sunt. neq; enim legiones, quæ Antonij reliquerunt, Antonij potius, quam reip. fuisse dicentur. Omne enim exercitus, & imperij ius amittit is, qui eo imperio, & exercitu remp. oppugnat. quod si ipsa respub. iudicaret, aut si omne ius decretis eius statueretur, Antonione, an Bruto legiones populi Ro. adiudicaret? alter aduolat subito ad direptionē, pestemq; sociorū; ut, quocūq; iret omnia uastaret, diriperet, auferret, exercitu populi Rom. contra ipsum populū R. uteretur: alter uero eā sibi legē statuerat, ut, quocūq; uenisset, lux uenisse quædam, & spes salutis uideretur. demiq; alter ad euertendam remp. praesidia quærebat, alter ad conseruandā. Nec uero nos hoc magis uidebamus, quam ipsi milites: a quibus tanta in iudicando prudentia non erat postulāda. Cum VII. cohortibus esse Apolloniae scribit Antonium: qui iam aut captus est (quod dii

dent) aut certe homo uerecundus in Macedonia non accedit, ne cōtra senatum fecisse uideatur. Delectus habitus in Macedonia est summo Q. Hortensij studio, & industria, cuius animū egregium, dignūq; & ipso, & maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis. Legio, quam L. Piso ducebat, legatus Antonij, Ciceroni se filio meo tradidit. equitatu, qui in Syriā ducebatur bipertito, alter eū quæstorem, a quo ducebatur, reliquit in Theßalia, seseque ad Brutum contulit: alterum in Macedonia C. Domitius adolescens summa uirtute, grauitate, constantia ablegato Syriaco abduxit, P. autem Vatinius, qui & ante iure laudatus a nobis, & hoc tempore merito laudandus est, aperuit Dyrrachij portas Bruto, & exercitum tradidit. Tenet igitur populus Ro. Macedonia, tenet Illyricum, & actus Græciam: nostræ sunt legiones, nostræ leuis armatura, nostri equitatus, maximeq; noster est Brutus, semperq; noster, cū sua excellentissima uirtute reip. natus, tum fato quodā paterni, materniq; generis, & nominis. Ab hoc igitur quisquā bellum timet, qui antequā nos id coacti suscepimus, in pace iacere, quam in bello uigere maluit? quamquam ille quidem numquam iacuit: ne hoc cadere uerbum in tantā uirtutis præstatiā potest. Erat enim in desiderio ciuitatis, in ore, in sermone omnium. Tantum autem aberat a bello, ut cum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit ciuiū studijs potius, quam eos in armorū discrimen adduceret. Itaq; illi ipsi, si qui sunt, qui tarditatem Bruti reprehendant, tamen ydem moderationem, patientiamq; mirantur. Sed iam

P. B. uideo, quid loquantur: neq; enim id occulte faciunt, timere se dicunt, quomodo ferant ueterani, exercitiū Brutum habere. quasi uero quidquam intersit inter A. Hircij, C. P. P. P. D. Bruti, C. C. C. C. & hunc exercitum M. Bruti. Nam,

quat

quattuor exercitus ij, de quibus dixi, propterea laudatur, quod pro populi Ro. libertate arma ceperunt: quid est, cur hic M. Bruti exercitus non in eadem causa reponatur? At enim veteranis suspectum est nomen M. Bruti, magisne quam Decimij Equidem non arbitror, etsi est enim Brutorum commune factum, & laudis societas aequa: Decimo tamen iratiores erant ij, qui id factum dolebant, quo minus ab illo rem illam dicebant fieri debuisse. Quid ergo agunt nunc tot exercitus, nisi ut obsidione Brutus liberetur? qui autem hos exercitus ducunt hi, credo, qui Caesaris res actas emerti, qui causam veteranorum prod. volunt? si ipse uiuere Caesar, acrius, credo, acta sua defenderet, quam uir fortissimus defendit Hircius: aut amiciores causae potest inueniri, quam filius? At horum alter nondum ex longinquitate grauisissimi morbi recreatus, quidquid habuit uirum, id in eorum libertatem defendendam contulit, quorum uotis iudicauit se a morte renocatum: alter uirtutis robore firmior, quam etatis, cum istis ipsis ueteranis ad D. Brutum liberandum est profectus. igitur illi certissimi, iidemque acerrimi Caesaris aetorum patroni, pro D. Bruti salute bellum gerunt: quos ueterani sequuntur. de libertate enim populi Rom. non de suis commodis armis decernendum uident. Quid est igitur, cur iis, qui D. Brutum omnibus copiis conseruatum uelint, M. Bruti sit suspectus exercitus? At uero, si quid esset, quod a M. Bruto timendam uideretur, Pansa id non uideret? aut si uideret, non laboraret? quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum, aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui huius animum erga M. Brutum, studiumq; uidi-
 tis, praecipit oratione sua, quid decernere nos de M. Bruto, quid sentire oporteret: tantumq; absuit, ut periculosum reip. M. Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum reipub.

p. 128.

praesidium, & grauissimum poneret. Scilicet hoc Pasa aut
 non uidet (hebeti enim ingenio est) aut negligit? quae enim
 Caesar, egit ea rata esse non curat: de quibus confirmadis,
 & sancientis legē comitiis centuriatis ex auctoritate no-
 stra laturus est. Desinant igitur aut ij, qui non timent, simu-
 lare se timere, & prospicere reip. aut ij, qui omnia uerentur,
 nimium esse timidi: ne illorum amulatio, horum obsit
 ignauia. Quae (malū) est ista ratio, semper optimis causis
 ueteranorum nomen opponere: quorum etiam si amplecter-
 er uirtutem, ut facio; tamen, si essent arrogātes, fastidium
 ferre non possem. An nos conantes seruitutis nincula rumpere,
 impediet, si quis ueteranos id nolle dixerit? non sunt
 enim, credo, innumerabiles, qui pro cōmuni libertate arma
 capiant? nemo est praeter ueteranos milites uir, qui ad ser-
 uitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur? potest
 igitur stare res spreta ueteranis sine magno subsidio iuuentutis?
 quos quidem uos libertatis adiutores complecti debetis,
 seruitutis auctores sequi non debetis. Postremo (cū
 pat enim aliquādo uera, & me digna uox) si ueteranorum
 nutu mentes huius ordinis gubernantur, omniaq; ad eorū
 uoluntatē nostra dicta, facta referuntur: optanda mors est,
 quae ciuibus Romanis semper fuit seruitute potior. omnis
 est misera seruitus: sed fuerit quaedā necessaria, & quod nā
 principium putatis libertatis capessendae? an, cum illū ne-
 cessarium, & fatalem pene casum non tulerimus, hunc se-
 remus uoluntariū? Totā Italia desiderio libertatis exarsit:
 seruire diutius non potest ciuitas: seruius populo Ro. hunc
 uestitum, atq; arma dedimus, quam ab eo flagitati sumus:
 magna quidē nos spe, & prope explorata, libertatis causam
 suscepimus. Sed, ut concedam incertos exitus esse belli,
 Martemq; cōmunē, tamen pro libertate, uitā periculo de-
 cer

certandum est. non enim in spiritu vita est: sed ea nulla est
 omnino seruienti. omnes enim nationes seruitutem ferre
 possunt, nostra ciuitas non potest: nec ullam aliam ob caus-
 sam, nisi quod ille laborem, dolorēq; fugiunt, quibus ut ca-
 reant, omnia perpeti possunt: nos ita a maioribus instituti
 atq; imbuti sumus, ut omnia consilia, atq; facta ad uirtu-
 tem, atq; dignitatē referamus. ita praeclara est recuperatio
 libertatis, ut ne mors quidem sit in repetendae libertate fu-
 gienda. Quod si immortalitas cōsequeretur praesentis peri-
 culi fugā, tamen eo magis ea fugienda esse uideretur, quo
 diuturnior esset seruitus. cū uero dies, & noctes omnia nos
 undiq; fata circumstent, nō est uiri, minimeq; Romani, dubi-
 tare, eum spiritū, quē naturae quis debeat, patriae reddere.
 Concurritur undiq; ad cōmune incendiū, restinguēdum.
 veterani quidē primi Caesaris auctoritatem secuti, conatū
 Antonij repulerunt: post eiusdē suorem Marcia legio fre-
 git, quarta afflixit. Sic à suis legionibus condemnatus irru-
 pit in Galliam, quam sibi armis, animisq; infestam inimi-
 cāq; cognouit. hunc A. Hircij, C. Caesaris exercitus infecit
 sunt: post Pansa deletus, urbē, totamq; Italiā erexit: unus
 omnium est hostis: quamquam habet secum fratrem caris-
 simum reip. ciuem, cuius desiderij ciuitas ferre diutius non
 potest. quid illa tetricus bellua? quid immanius? qui ob eam
 causam natus uidetur, ne omnium mortalium turpissimus
 esset. Antonius est uia Trebellius, qui iam cum tabulis no-
 uis redit in gratiam, T. Plancus, & ceteri pares, qui id pu-
 gnant, id agunt, ut contra remp. restituti esse uideantur: so-
 licitant homines imperitos Saxa, & Casones ipsi rustici,
 atq; agrestes, qui hāc remp. nec uiderūt unquā, nec uideri
 constitutā nolunt: qui non Caesaris, sed Antonij acta defen-
 dunt: quos auertit agri Cāpani infinita possessio: cuius eos

p. 229.

non pudere demiror, cum uideant se mimos, & mimas habere uicinos. Ad has pestes opprimendas quid est, cur moleste feramus, quod M. Bruti accessit exercitus? immoderati, credo, hominis, & turbulenti, uidete, ne nimium patientis: etsi in illius uiri consiliis, atq; factis, nec nimium, nec parum umquam fuit. Omnis uoluntas M. Bruti, P. C. omnis cogitatio, tota mens, auctoritatem senatus, libertatem populi Rom. intretur, hac habet proposita, hac tueri uult: tentauit quid patientia proficere posset: nihil cum proficeret, contra uim uel experiendum putauit. Cui quidem, P. C. uos idem tribuere hoc tempore debetis, quod ad XIII. Kal. Ian. D. Bruto, C. Casari, me auctore, tribuistis: quorum primatum de rep. consilium, & factum auctoritate uestra est comprobatum, atq; laudatum. quod idem in M. Bruto facere debetis, a quo insperatum, & repentinum reip. presidium legionum, equitatus, auxiliorum magna, & firma copia comparata sunt: adiungendusq; est Q. Hortensius, qui, cum Macedonia obtineret, adiutorem se Bruto ad comparandum exercitum fidelissimum, & constantissimum praeiuit. na de

P. B. M. Apuleio separatim censeo referendum: cui testis est per litteras M. Brutus, eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. Quae cum ita sint, quod C. Pansa consul uerba fecit de litteris, quae a Q. Catione, Q. F. Bruto procos. allatae, & in hoc ord'ne recitatae sunt: de ea re ita censeo: CVM Q. Cationis Bruti proconsulis opera, consilio, industria & uirtute, difficillimo reip. tempore prouincia Macedonia, Illyricum, & cuncta Graecia, & legiones, exercitus, equitatus in consulum senatus, populiq; Rom. potestate sint: id Q. Cationem Brutum procos. bene, & e rep. pro sua maiorumq; suorum dignitate, consuetudineq; reip. bene gerendae fecisse eamq; rem senati, populoq; Romano

gratam esse, & fore. utiq; Q. Capiro Brutus procos. provinciam Macedoniam, Illyricum, totamq; Graciam tueatur, defendat, custodiat, incolumemq; cōseruet: eiq; exercitui, quem ipse constituit, comparauit, praesit: * pecuniaq; ad rem militare, si qua opus sit, quae publica sit, & exigi possit, utatur, exigat, pecuniaq; a quibus uideatur, ad rem militarem mutuas sumat, frumentum: imperet, operamque det, ut cum suis copijs quam proxime Italiam sit. cumque litteris Q. Capiomis Bruti procos. intellectum sit, Q. Hortensij proconsulis opera, & uirtute uehementer rempub. adiutam, omniaq; eius consilia cum consilijs Q. Capiomis Bruti proconsulis coniuncta fuisse, eamq; rem magno usui reip. fuisse: Q. Hortensium procos. recte & ordine, exq; rep. f. cisse: senatuiq; placere, Q. Hortensium proconsulem cum quaestoribus proue quaestoribus, & legatus suis Macedoniam provinciam obtinere, quoad ei ex S. C. successum sit, P. 236.



IN M. ANTONIVM P. B.

PHILIPPICA XI.

ORATIO LIII.



AGNO in dolore sum, P. C. uel mærore potius, quem ex crudeli, & miserabili morte C. Trebonij optimi ciuis, moderatissimiq; hominis accepimus: inest tamen aliquid, quod reip. profuturum putem. perspeximus enim, quanta in ijs, qui contra patriam scelerata arma ceperunt, inestet immunitas. nã duo hæc capita nata sunt post homines natos